



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

171. An in præcepto celebrandi cum vestibus sacris detur paruitas
materiæ? Ex part. 5. tract. 5. res. 62. p. 99.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

Atque de SS.Euch.Sacr.Ref.CLXXI.&c. 99

*ad pro parte
quasi; 3. dnb. 4. concil. 20. Nugnus in 3. part. tom. 1. q. 8; 3.
art. 3. concil. 3. Suarez in 3. part. tom. 3. disput. 82. scilicet 3.
§. 2. cum Nauarr. in Manual. cap. 25. n. 84. qui afferit,
contraria opinione non esse tutam, atque idem in
Missali Romano inuenitur benedictio cinguli, ac be-
nedictio pro aliis sacerdotibus indumentis, quam
invenit Ecclesiarum consenserunt obseruantur. Et quod
dicitur de aliis indumentis, dicendum etiam videatur
de cingulo, est enim eadem ratio.*

2. Sed contraria sententia probabilis etiam apparet, id est Sacerdos, qui sine necessitate celebret cum cingulo non benedicto, peccaret tantum venialiter, vel cum eo, & toto fratre, & abrupto, & hoc ratio ne parvatus materia, Ita docuit Henriquez lib. 9. de Missa, cap. 29. n. 5. in glossis. A. & B. Paludanus in 4. disf. 13. 9.2. art. 5. Richard ibid. q.4. art. 3. Sotus ibid. disf. 13. 9.2. & doctissimus Sylvester ver. Missa, n. 2. Sa. ver. Missa, n. 10. & Fagundez tral. 1. lib. 3. cap. 23. nam 1.3. est enim, vt diximus, materia leuis, & indumentum minus in se considerable, quam quodcumque aliud; in dico indumentum non est, sed indumen

3. Ad argumentum vero de benedictione posita in Pontificis responsione, quod ibi reperiuntur etiam benedictiones pro Missalibus, & pro libris Ecclesiasticis, & tamen non est peccatum lethale, celebrare sine Missali benedictio.

4. Nota tamen quod celebrare cum cingulo non
benedictio, ex causa iusta, non erit neque peccatum
veniale. Iusta vero causa erit necessitas audiendi, vel
celebrandi Missam ex pracepto alicuius festivitatis
laetam ad rem missam, etiam si in Ref.
11. §. 6. p. fin. stipem pro celebrando sacro.

RESOL. CLXXI.

*An in precepto celebrandi cum vestibus sacris detur
paruitas materia? Ex p.5.ii.5. Ref.62.*

Negatiū respondet Fillius *som. i. tract. 5.* §. 1. *cap. 5. n. 149.* vbi sic ait: *Quāro an licet in aliquo casu sacrificare sine vestibus?* Respondeo, & dico primō sine omnibus in nullo casu licet, etiam per pérículum mortis, si saltem adiungatur contempius fidei, esset enim magna irreverentia, & scandala in necessitate sine vīa, vel altera, presertim ex minoribus, ut stola, vel cingulo, non esset mortale. Dico secundō ex materia leuitate vix potest excusari à mortali, quia qualibet caruus vestium est sufficiens ad peccatum mortale, si voluntari omittatur. Ita Fillius. Sed ego probabilitate puto ratione patutatis materie non peccare mortaliter Sacerdotēm celebrantem cum cingulo benedicto, vel aliquo alio vice cinguli fungente. Vide Doctores penes me ipsum in *2. parv. tr. 14. ref. 68.* & hanc sententiam me citato probabilem putat nouissimè Franciscus de Nigro in addit: ad Ruiz p. 1. *pref. 4. num. 42. q. 28.*

RESOL. CLXXII.

*An Mappa, seu Tobalea sint benedicenda?
Et de earum numero etiam agitur.*

Et an in necessitate possit Sacerdos vti linteis prophani; eaque postea reddere domino ad pristinum usum prophetanum applicanda.
Et an in casu necessitatis possit tanum una Mappa prater Corvordale in Sacrificio Missa adhiberi;

præter Corporale in Sacrificio Missæ adhiberi.
Et an extra casum necessitatis sit peccatum mortale

Tom. I.

celebrare cum una tantum Mappa, & Corporali? Et difficultas est in supradictis casibus gradus necessitatis assignare: sed pro praxi in textu huic Resolutionis aliqui gradus assignantur. Et tandem docetur Regulas Missalis esse praecipitas, quae tangunt aliquam legem Canonicanam in corporis iuris contentam, ut de fernando ieunio, de Ara consecrata, &c. eas vero Rubricas dicti directivas, que nec in toto iure Canonico continentur, nec in Rubricis ponuntur cum verbis importantibus praecipuum, qualia sunt, mandamus, capicimus, & similia. Ex p. 10. tr. 11. & Miic. 1. Rel. 5.

Negatiuum sententiam docet Amictus in curia Theol. tom. 7. disp. 3. sect. 2. n. 362. vbi sic ait: Requirunt subitis corporale ad minimum duas pallias linea; vel una duplicita, tametsi decentius est, ut sint tres, vii Missalis Rubrica praecribit, quartum faltem una debet totam superioram Altaris superficiem tegere. Haec pallia non necessarii debent esse benedicta: quin addunt Syllester verb. Benedictio. g. 5. & Emanuel Sa verb. Missal. 7. in necessitate posse sacerdotem ut lineis prophanis, eaque postea ceddere domino ad pristinum vsum profanum applicanda. Quod fieri non potest, si sunt benedicta. Ita ille, cui addit Leffsum in 3. p. 9. 83. art. 2. n. 87. Fagundez precepit. lib. 3. cap. 22. n. 16. Suater in 3. p. tom. 3. disp. 81. sect. 6. Reginaldum tom. 2. lib. 29. cap. 9. sect. 7. n. 194. Persicum de officio. Sacerdoti. lib. 5. c. 8. n. 64. Zanardini in directo. Theol. part. 1. de Sacram. Eucaristia. c. 14. Petrum Fulstensem in idea Theol. Sacram. c. 26. refol. 2. Ludouicum à S. Iuan in sum. de Eucaristia. q. 1. art. 13. dub. 1. concl. 3. Moure in Medulla cas. conscientiae. p. 3. c. 5. §. 1. n. 9. Ledesmam in sum. tom. 1. c. 20. de Eucaristia. concl. 6. Fililiicum tom. 1. tr. 5. c. 4. n. 129. Villalobos in summ. tom. 1. tract. 8. diffic. 26. n. 1. Bonacinam tom. 1. disp. 4. q. xl. pnncl. 9. n. 34. Trullensem de Sacram. lib. 3. cap. 8. dub. 16. n. 8. Bassaeum in Florib. Theol. morib. verb. Missa. n. 4. Layman lib. 5. tr. 5. cap. 6. art. 11. in fine. Adamum Tannerum tom. 4. disp. 5. q. 10. dub. 3. n. 48. Vviggens in 3. p. 9. 83. dub. 15. n. 74. Vafquez in 3. p. tom. 3. disput. 2. 23. cap. 3. n. 23. Castrum Palaum tom. 4. tract. 12. pnncl. 6. n. 1. Azorium tom. 1. lib. 10. c. 3. 9. 8. in fin. & alios.

2. Sed his non obstantibus affirmatiuam sententiam alij tenent, nempe Mappas Altaris debere esse benedictas: & ita recent Gauntius in *Rubrica Missalis* part. i. tit. 20. littera S. Cardinalis Lugo de *Sacramenti Eucharistie* dist. 30. scilicet 4. num. 76. Leandrus de *Sacramenta* tom. 2. tract. 8. dis. put. 7. quæf. i. 1. Calpensis in *civis Theolog.* tom. 2. tract. 23. cap. 3. scilicet 4. n. 78. quibus adde sapientissimum Patrem Ioannem Dicatissimum de *Sacramenta* tom. 1. tr. 5. dis. put. 4. dub. 9. n. 154. qui acriter hanc sententiam sustinet, & obseruat plures DD. pro negativa sententia adductos scripsisse ante Missalis reformationem Clementis VIII. & alios, qui post ipsos scripserunt minus caute loquuntur fusisse. Quod aperte probatur: nam in dicto Missali, §. 20. de *preparatione Altaris*, sic habetur: Hoc Altare operari tribus Mappis, seu Tobalaic munidis ab Episcopo; vel alio habente potestatem benedictis; superiori saltē oblonga, que vñque ad terram pertingat, duabus aliis brevioribus, aut una duplicita. Sic ibi. Et rursus in cap. 10. de *defectibus in celebratione Missæ occurrentibus*, paribus verbis ponitur defectus, si vestes sacerdotales, & Mappa non sint benedictæ: ergo sicut necessarium, vt docet Marchinus de *sacram Ordin.* tract. 3. p. 3. cap. 14. n. 1. & alij communiter, vestes sacerdotales sunt benedictæ. ita & Mappa Altaris. Vnde propria beneficatio eorum apponitur in fine Missalis.